



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio vigesimaseptima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

personarum. In nascibilitas, paternitas, filiatio, et processio. Communis enim spiratio non dicitur proprietates personarum quia coeuenit pluribus personis, scilicet patri & filio, sed proprietates personales sunt tantum tres. Paternitas, filiatio & processio. In nascibilitas enim, ut infra patebit, licet coeueniat soli personae patris, tamen non est eius constitutiva, propter quod non dicitur proprietates personalis.

d. 28. q. 2.

13. Ad Primum arg. dicendum quod non est simile de paternitate per creationem & de paternitate per generationem, quia essentia diuina est fundamentum paternitatis per creationem, vel aliud quodcumque sit illud non potuit in deo necessarii habitu de coeugendi creatura. Et ideo non est realis relatio ex parte dei, sed essentia diuina ex natura suae fecunditatis ponit in patre naturalem & necessariam habitudinem coeugendi filium, propter quod est realis relatio paternitatis respectu filii & non respectu creaturarum.

14. Ad secundum dicendum quod argumentum procedit ex falsa imagine. scilicet quod filius procedat per actum intellectus & spiritus sancti per actum voluntatis quod non est verum, ut probatum fuit supra dist. 6. Sed esto quod sic esset, adhuc non valet argumentum, quia licet relationes quae sequuntur operationem anime circa res intellectas aut volitas sunt relationes rationis, tamen quia eas ratio adinuenit, tamen relationes quae sequuntur operationem anime, non inter res intellectas & volitas, sed inter res in intellectu & voluntate existentes, sicut inter verbum & illud a quo procedit & inter amorem & id a quo procedit aequae reales sunt sicut quae cumque aliae quae fundantur in natura producens & producti & tales essent relationes diuinae.

15. Ad tertium dicendum quod dictum Boetii quantum ad hoc veritate habet quod sicut in relatione eiusdem ad seipsum non plurificatur fundamentum, sic nec in relationibus diuinis quantumcumque oppositis vel disparatis. Sed dissimilitudo est, quia extrema relationum diuinarum sunt diuersa realiter & necessariam habitudinem coeugentiae habent inter se propter quod sunt reales, in relatione autem eiusdem ad seipsum non est primum, nec per consequens secundum, quia idem non coeugit proprie seipsum.

DISTINCTIO XXVII.
Sententia huius distinctionis primo in generali.

HIC potest queri &c. Superius determinauit Magister de proprietatibus personarum secundum se. Hic determinat de eis in comparatione ad personas. Et diuiditur in tres. Primo enim ostendit quid nomina personalia praedicta designant. Secundo ostendit quod inueniuntur alia nomina praedictas proprietates designantia. Tertio subiungit regulam generale ad cognoscendum nomina personalia. Secunda ibi, Hic enim praetermittendum. Tertia ibi, Et hic est aduertendum. Prima diuiditur in tres. Primo mouet dubitationem suam circa principale intentum. Secundo opponit ad alteram partem. Tertio soluit. Secunda ibi, Videtur quod non sint eadem. Tertia ibi, Ad quod sine praediuicio. Tertia vero pars princip. in qua ponit regulam diuiditur in tres. Primo proponit regulam quam intendit. Secundo circa illam mouet dubitationem suam & soluit. Tertio ex solutione dubitationis elicit quandam aliam conclusionem. Secunda ibi, Hic queritur cum dicitur. Tertia ibi, Et sciendum est quod haec est diuisio communis in generali.

2. IN SPECIALI vero sic procedit Magister. Et primo querit vtrum eadem sit proprietates quae importatur nomine filii & filiationis & generationis quod ipse proponit sub his verbis vtrum idem sit pater esse & genuisse filium, & vtrum sit idem filium esse & natum esse a patre. Postea opponit quod non, quia essentia diuina est pater & tamen non genuit filium, ergo non idem esse pater & genuisse filium. Deinde respondet & dicit quod eadem proprietates omnibus nominibus designantur sub diuersis tamen rationibus, nominibus vero proprietatum designantur vel ipsae proprietates secundum se, vel nomine paternitatis & filiationis, vel actus ipsarum proprietatum, vel nomine generationis propter quam diuersitate nominis potest pater de essentia diuina praedicari, non tamen generare. Subdit etiam quod proprietates singulis personis conueniunt, & per easdem personam determinantur & diffiniuntur manente tamen omnino vnitatem naturae sine coruisione personarum, quia proprietates modum quandam essentiae dicunt. Postea dicit quod quaedam sunt alia nomina a praedictis

quae ad proprietates pertinent personarum, ut genitor genitus verbum & filius quae omnia relatiue dicuntur. Et postea ponit regulam dicens quod nomina quae ad substantiam pertinent in diuinitate non conueniunt vni soli. Deinde ex hoc mouet quandam dubitationem dicens. Cum enim nomen deitatis ad substantiam pertineat, quare esse deum de deo non praedicatur de omnibus personis. Et respondet quod locutio est falsa, quia ibi nomen substantiam significans itat pro relatiuo, scilicet persona filii. Vltimo dicit quod licet nomen substantiale stet pro persona, tamen talis modus praedicandi non recipitur nisi in nominibus ad substantiam pertinentibus, unde non dicitur verbum de verbo, sed Deus de deo. Et in hoc terminatur sententia in speciali.

QUESTIO PRIMA.
Vtrum actus notionales sint priores relationibus.

Thom. 1. q. 40. ar. 4.

CIRCA distinctionem istam quaruntur duo. Primum est de comparatione proprietatum relatiuarum ad actus notionales quid eorum sit prius secundum rationem intelligendi. Et videtur quod actus notionales, quia via praetelligitur termino, sed generatio est via ad genitum, ergo praecedat ipsum quare & proprietatem relatiuam conuenientem genitum.

2. Item Magister dicit in litera & accipit ab Aug. quod pater est pater quia genuit, quod non esset, nisi genuisse secundum rationem praecederet paternitatem, ergo &c.

3. IN CONTRARIUM est, quia suppositum praetelligitur actui ab ipso procedenti, sed generare est actus procedens a supposito patris, ergo suppositum patris praetelligitur constitutum antequam generet, constituitur autem per paternitatem, ergo, &c.

4. RESPONSIO. Primo ponenda sunt quaedam distinctiones necessariae ad propositum, & deinde secundum illas procedetur ad solutionem quaestionis.

5. QUANTVM ad primum sciendum quod aliquid potest praetelligi alteri dupliciter. Vno modo, quia potest intelligi altero non intellecto, sed non econuerso sicut animal potest intelligi non intellecto homine. Sed homo non potest intelligi non intellecto animali. Et hoc modo quando aliquid praetelligitur alteri actus intelligendi cadit solum super vnum quod tamen dicitur praetelligi secundum illud modum quo dicitur quod illud est prius a quo non conuertitur consequentia. Alio modo dicitur aliquid praetelligi alteri quando actu intellectus cadit super vtrumque, & dicit vnum esse prius altero vel secundum rationem vel secundum rem, sicut intelligimus substantiam esse priorem naturae suae accidere vel inueniuntur esse priorem senectute, secundum rationem vero sicut dicimus intellectum diuinum praecedere voluntatem. Et haec sit prima distinctio.

6. Secundum est quod proprietates relatiuae potest considerari ut constitutiva, vel ut relatiua. Tertium est quod illud potest esse in generali vel in speciali. In generali sicut intelligimus diuinum suppositum constitutum per aliquam proprietatem constituentem ipsum, vel in speciali sicut intelligendo patrem esse constitutum per paternitatem quae est eius proprietates constitutiva & nihilominus relatiua.

7. HIS SUPPOSITIS dico ad quaestionem cum queritur, vtrum actus notionales praetelligantur proprietatibus relatiuis vel econuerso, aut queritur de prioritate primo modo, scilicet vtrum aliquid ita possit intelligi altero non intellecto & non econuerso. Et tunc dico quod proprietates consideratae ut constitutiva in generali prior est secundum intellectum actibus notionalibus & se ipsa ut est relatio. Cuius ratio est quia ut dictum fuit prius illud quod est commune & in plus potest intelligi sine eo quod est speciale & in minus. Sed esse constitutum in esse personali est commune & in plus esse constitutum per relationem & esse producens vel constitutum producti, ergo aliquid in diuinis potest intelligi ut constitutum in esse suppositum absque hoc quod intelligatur producens vel productum vel relatum, hoc autem est praetelligi secundum primum modum, ergo proprietates ut constitutivae praecedunt secundum intellectum actus notionales & se ipsas ut relatae sunt. Si autem proprietates accipiatur in speciali ut paternitas sic dicendum est quod paternitas ut relatio, praecedat seipsam

58. d. 9. q. 3

de constitutiva, sed actum notionalem non precedit. Primum pater, quia paternitas non potest intelligi absque relationis ratione, potest autem intelligi absque ratione proprietatis constitutivis ipsam, ergo paternitas ut relatio precedit se ipsam ut constitutiva, consequentia pater, quia hoc vocatur prius a quo non convertitur consequentia, probatio minoris, quia nihil potest intelligi sine eo quod est de ratione sua indicante quid est, & quod convenit ei in primo modo dicendi per se, talia enim sunt de intellectu rei, sicut animal de intellectu hominis. Sed de ratione paternitatis est relatio, & convenit ei in primo modo dicendi per se. Esse autem constitutum suppositi non est de ratione paternitatis, nec convenit ei per se, quia non convenit omni, ergo impossibile est intelligere paternitatem in aliquo nisi intelligendo rationem relationis. Sed bene convenit intelligere paternitatem in aliquo non intelligendo quod constituat suppositum, quare &c. Nihilominus tamen paternitas nec precedit secundum intellectum generationem nec e converso, quia unum non potest præintelligi alio non intellecto.

8 Si autem quaeratur de prioritate secundo modo, scilicet utrum intellectus possit vere intelligere quod relationes precedant secundum rationem, actus notionales vel e converso sic est duplex modus dicendi. Primus est quod actus notionalis potest comparari ad id a quo egreditur, vel ad id ad quod terminatur sicut generare & generari possunt comparari ad patrem & ad filium. Si comparatur ad terminum sic præintelligitur ipsi universalius & eius proprietati constitutivæ, quia terminus secundum modum intelligendi sequitur illud cuius est terminus. Et ideo generatio quocumque modo accepta præsupponitur secundum intellectum filio & filiationi. Si autem operatio personalis comparatur ad personam a qua est quasi actus, sic aliquo modo precedit & aliquo modo sequitur. Sequitur enim in quantum relatio precedit autem tanquam proprietatem constitutivam, quod sequatur ut relatio, patet quia relatiua sunt simul secundum modum intelligendi, sed filiationis sicut statim dictum est, sequitur secundum modum intelligendi generationem quocumque modo acceptam, ergo & paternitas quæ ei correlatiue correspondet secundum modum intelligendi generationem, sequitur quocumque modo acceptam saltem in quantum est relatio. Quod autem paternitas præcedat ipsum generare in quantum est proprietatem constitutivam patet, quia ut arguebatur, operatio præsupponit suppositum a quo procedit, & per eandem rationem præsupponit proprietatem constitutivam illius suppositi ut sic, hoc autem in patre est paternitas, quare &c.

9 Alius modus dicendi est quod persona nullo modo potest vero intellectu intelligi prius constituta quam producat & relata, ita quod actus intelligendi cadat super utrumque, dicendo unum esse prius secundum rationem & reliquum posterius, quia intellectus apprehendens personam prius esse constitutam quam producentem, vel relatum apprehendit eam constitutam per rationem absolutam, sed hæc apprehensio est falsa, ergo &c. probatio maioris, quia intellectus apprehendens rem prius esse constitutam quam relatum excludit a constitutione personæ rationem relatum, quia dicit eam esse posteriori ratione constitutivæ & rationem constituentem esse priorē. Ratio autem prioris excludit formaliter rationem posterioris & non e converso, sed qui excludit rationem relatum ponit rationem absolutam, ergo per exclusionem rationis relatum ponitur formaliter intellectus rationis absolute. Quod autem excludens rationem relatum ponat intellectum rationis absolute patet, quia sicut dictum fuit supra d. 9. q. 2. licet aliquid possit intelligi sub ratione communi non intellecta ratione particulari sub ipso cōtenta: sicut aliquid potest intelligi esse animal non intelligendo quod sit rationale vel irrationale, tamen ex quo sub communi unum diuidentium excluditur formaliter & expresse, aliud includitur formaliter & expresse, qui enim intelligit aliquid esse animal & non irrationale formaliter intelligit illud esse animal rationale. Cui igitur ratio proprietatis constitutivis sit in plus quam ratio absoluta vel relata, ac per hoc ut quibusdam videtur possit aliquid intelligi constitutum non intellecto quod sit absolutum vel relatum, tamen ex quo intelligitur constitutum & non per relationem, ita quod actus intelligendi cadat super relationem excludendo eam a constitutione suppositi necessario intelligitur suppositum constitutum

per rationem absolutam. Patet ergo consequentia, scilicet quod qui intelligit personam diuinam prius constitutam quam relata, intelligit eam esse constitutam per proprietatem absolutam qui intellectus est falsus, propter quod dicitur isti quod nullo modo, vero intellectu possunt præintelligi personam constitutam, deinde relata, actu intelligendi cadente super utrumque & dicente unum esse prius secundum rationem quam alterum.

10 Ex quo patet quod nunquam possunt præintelligi relationes emanationibus pater quia neque ut relationes, ut de se patet, neque ut constitutivæ personarum, quia ut iam probatum est persona non potest intelligi prius constituta quam relata, ergo si relatio ut relatio non precedit emanationes, consequens quod ipsa non precedat ut constitutivæ, ergo relationes nullo modo præcedunt emanationes.

11 Item nec emanationes possunt præintelligi relationibus, et hoc clarum est comparando emanationem ad personam a qua est, ut generare est a patre, quia generare non potest præintelligi constitutioni personæ generantis, quia generare non potest esse nisi entis in actu, ergo generare non potest præintelligi proprietati constitutivæ, sed proprietati constitutivæ non potest præintelligi relationi ut relatio sicut fuit probatum, ergo generare non precedit proprietatem patris neque ut constitutivæ neque ut est relatio. Si autem comparatur emanatio ad personam ad quam terminatur, ut generari ad filium sic patet idem, quia generari non potest præintelligi ei quod est generare, sed simul sunt secundum intellectum, generare autem simul est cum paternitate ut probatum est, paternitas autem simul est cum filiatione cum sint relatiue oppositæ, ergo a primo ad ultimum generari simul est cum filiatione ut relatio est, nec potest ei præintelligi ut relatio, & a fortiori non potest ei præintelligi ut est proprietatem constitutivam, quia persona non potest prius intelligi relata quam constituta. Et ideo quod non præintelligitur relationi non præintelligitur constitutioni: igitur secundum istos nec emanationes possunt præintelligi relationibus, nec relatiue emanationibus. Nec potest persona vero intellectu intelligi prius constituta quam producat & relata, sed simul intelligenda est persona constituta cum sua origine & relatione.

12 AD PRIMVM argumentum dicendum, quod in diuinis generare & generari cum non sint per motum medium non debent intelligi ut via quadam inter generantem & genitum, sed ut relationes habentium eandem naturam que sunt a quo aliud & quod ab alio, & hæc non possunt præintelligi personis habentibus eas.

13 Ad aliud dicendum quod non fuit intentio Aug. quod genuisse sit prior ratione quam esse patrem. Sed potius voluit identitatem ostendere inter ista, quia consimili modo dicitur quod filius ideo est filius quia genitus, sicut pater est pater quia genitor, dicendo autem quod filius, quia genitus: non intendit dare causalitatem, sed convertibilitatem eo quod e converso dicitur quod filius utriusque genitus, ergo eodem modo inter esse patrem & genuisse non intendit dare causalitatem vel originem, sed convertibilitatem.

14 AD ALIUD quod erat in oppositum cum dicitur quod suppositum præintelligitur actu ab ipso procedenti, dicendum quod verum est de supposito absoluto non autem de supposito quod constituitur relatione originis, ut est suppositum diuinum, tale enim debet simul intelligi constitutum & originans vel originatum vel relatum, & non unum prius quam alterum.

QVÆSTIO SECVNDA.

Quid est verbum in nobis.

Thom. 1. q. 38.

POSTEA quaeritur de verbo. Et primo de verbo mentis nostri. Et secundo de verbo in diuinis. Quantum ad primum quaeritur quid sit verbum in nobis, utrum sit ipse metus actus intelligendi, an sit aliqua forma producta in qua quasi in quodam speculo cognoscatur veritas de rebus exterioribus. Et arguitur quod sit ipsemet actus intelligendi. Primo per Aug. qui dicit. 9. de Trin. cap. 10. quod verbum est cum amore notitia, sed notitia dicitur actum intelligendi, ergo & verbum.

2 Item verbo intellectus correspondet amor volitatis, ut patet ex precedente autoritate, sed amor dicitur actum amandi, ergo verbum dicitur actum intelligendi.

3 IN CONTRARIVM arguitur, quia sicut est in sensu ita suo modo est in intellectu, sed in sensu est dicitur formam

formam in qua res cognoscitur nec est notitia rei, ergo similiter est in intellectu. Illa autem forma dicitur esse verbum, ergo &c. probatio minoris, quia secundum Philo. in lib. de memoria & reminiscencia quandoq; homo videtur imaginari existente in sensu, sive tali idolo vt medio ducere in cognitionem alterius. quandoq; vt re cognita, sicut quando in somnis apprehendunt homines ipsas imagines, vt quasdam res. Hoc autem non est nisi in sensu esset dare aliquod idolum quod non est notitia rei, sed est imago in qua res cognoscitur, ergo &c.

4. Item respectu complexorum omnis actus intelligendi videtur esse vel dubitare vel assentire vel dissentire, sed conceptus metris accipiendo conceptum metris pro verbo nullum est istorum, ergo &c. maior videtur esse probabilis, probatio minoris, quia illud quod stat cum quolibet istorum non est aliquod istorum, quia vnus istorum non stat cum alio, quia pure dubitas non assentit nec dissentit, nec assentiens dissentit vel e contrario, sed similis conceptus metris stat cum quolibet istorum, nam in formando conceptum quem ista propositio significat, scilicet quod stellæ sint pares, vel quod stelle sint impares conuenit dubitare, quandoque assentire, quandoque dissentire, ergo &c.

5. Item circa idem complexum simile conceptum format ille qui dissentiendo errat, & ille qui assentiendo scit, verbi gratia, ille qui credit primam causam non esse errando, & ille qui scit primam esse veritate attingendo format simile conceptum de complexo cui assentitur vel dissentitur, scilicet de natura primæ causæ. Sed opinio erronea & scientifica notitia non sunt similes actus intelligendi, ergo conceptus non est actus intelligendi qui habetur de re concepta.

RESPONSIO. Videnda sunt duo. Primum quomodo dicitur verbum. Secundum quid sit verbum in nobis.

7. QUANTVM ad primum sciendum est quod verbum dicitur quadrupliciter. Vno modo illud quod est exterius prolatum quod est significatiuum eius quod ab intellectu concipitur secundum quod homo dicitur loqui alteri. Alio modo dicitur verbum conceptus intellectus secundum quem conceptum dicimus hominē cogitantē sibi ipsi loqui. Et istud dicitur verbum mentis, sicut primū dicitur verbum vocis. Sed quia volens verbum formare exterius præconcepit illud per imaginationē. Ideo dicitur tertio modo verbum actus imaginationis quo concipimus vocē exteriorem sic vel sic formari antequā formemus. Inter hæc autē verbum mentis dicitur propriissime verbum, vox enim exterior non dicitur verbum, nisi quia significat conceptum intellectus, vel rem per intellectum conceptam, vnde & vocē nō significatiuum nō dicimus verbum, verbum etiā imaginationis dicitur verbum per habitudinē ad verbum exterius prolatum. Et ideo a primo ad vltimū verbum imaginationis habet attributionē ad verbum mentis. Quarto autē modo dicitur verbum figuratiue, scilicet illud quod per verbum significatur, vt in Psal. Ignis grādo &c. quæ faciunt verbum eius. In diuinis autē non est verbum vocis nec verbum imaginationis, sed verbum quod est conceptus metris, vnde Aug. 15. de trin. dicit sic. Quisquis potest intelligere verbum nō solum antequā sonet verum etiā antequā sonentur imagines cogitatione inuoluantur, iam potest videre aliqua illius verbi similitudinē, de quo dictum est. In principio erat verbum. Sed notandum quod conceptus metris non habet rationē verbi nisi prout induit rationē manifestatiui: Verbum enim est quo quis loquitur sibi vel alteri ad manifestandum aliquid, & sic patet primum.

8. QUANTVM ad secundū scilicet quid sit verbum in nobis aduertendū est quod de ratione verbi nostri mentalis, vt per ipsum manuducimur in cognitionē verbi diuini, prima facie videtur esse quod sit aliquid existēs subiectiue in intellectu nostro. Ex hoc enim arguimus filiū Dei, qui dicitur verbum patris esse eundē cum patre essentialiter, quia scilicet verbum est in intellectu. Quicquid autē est in Deo est Deus. Ex hoc patet quod illi insufficienter dicunt qui dicunt quod verbum est ipsamet quidditas rei intellecta modo diffinitiuo, quæ se solū habet ad intellectū obiectiue, nec est in intellectu subiectiue, ita scilicet quod sicut est esse vniuersale cōperit rei per hoc quod intelligitur absq; cōditionibus indiuiduantibus & non per aliquid quod sit in ipsa re subiectiue, ita esse verbum conuenit rei per hoc quod intelligitur modo expresso vel diffinitiuo. Istud enim nō

videtur conueniens, tum quia manifestū est cōtra dictum Aug. 15. de trin. qui dicit quod verbum est formata cogitatio. Formata autē cogitatio non est res extra obiectiue intellecta, sed est aliquid existēs subiectiue in intellectu, tum quia verbum est in dicente vel à dicente, sed res exterior nō est à dicente nec in dicente, ergo ipsa nō est verbum. Tenendum est ergo quod verbum pertinet ad intellectū non obiectiue tantum, sed sicut illud cuius entitas tota est in intellectu subiectiue. Et si qua autoritas Aug. inueniatur hoc sonare sicut est illa quod verbum exterius significat verbum interius, constat autē quod illud quod significatur per verbum exterius est res obiectiue intellecta, & ita videtur quod ipsa sit verbum, exponenda est, quia sicut dicit Aristot. 1. perihementias quod voces sunt signa passionum quæ sunt in anima. Et tamen voces significant res nō passiones. Sed hoc prout appprehenditur ab anima, sic Augu. dicit quod verbum exterius significat verbum interius, quia res exterior nō significatur per verbum exterius, nisi prout declaratur apud intellectum per verbum interius.

Patet ergo quod verbum pertinet ad intellectum subiectiue vel quasi subiectiue. Cum ergo in intellectu sint secundū omnes, habitus & actus & præter hoc sit ibi secundum quosdam duplex forma, vna quæ imprimitur in intellectu, scilicet species intelligibilis quæ præcedit omnem actū intelligendi. Alia quæ intellectus iam factus in actu format de re intellecta, sicut formādo conceptū diffinitiuū, sive enunciatiuum, inquirendū est quid eorū sit verbum, & patet statim quod verbum non est habitus aut species intelligibilis impressa, quia tam habitus quā species intelligibilis secundū ponentes ipsas manent apud intellectum dū actu nō considerat verbum, aut non nisi in intellectu actu cōsiderante, ergo verbum non est habitus nec species intelligibilis impressa. Restat ergo quod sit actus intelligendi, vel formæ quam intellectus in actu formiat de re intellecta quæ deinceps vocetur forma expressa.

10. Et secundum hoc sunt due opiniones, vna quæ ponit quod verbum est forma expressa. Ad cuius opinionis intelligentiam sciendum est, quod secundum istos duos sunt de ratione verbi. Vnū est quod sit representatiuum rei principaliter intellectæ. Aliud est quod sit per actum dicendi productum, dicere autem est actus intelligētis secundum quod intelligens propter quod verbum est aliquid productum per actum intelligentis quod est representatiuum rei principaliter intellectæ. Ex hoc sic arguitur, verbum est aliquid per actū intelligētis productum, quod est rei principaliter intellectæ representatiuum. Hoc autem non potest esse aliquis actus intelligendi vt probant, ergo est aliqua forma per actum intelligētis producta. Quod autem non possit esse aliquis actus intelligēdi probatur sic, illud quod est obiectū intellectus secundum rectam cognitionē & non reflexam nō potest esse actus intellectus, sicut ipsum intelligere & hoc modo statim patet, quia intellectus non intelligit actum suū primū & directē, sed solum actū reflexo, sed verbum est obiectum intellectus secundum rectā cognitionē & nō reflexam, igitur &c. minor declaratur, quia illud quod est ratio cognoscendi alterum, sicut imago vel forma specularis se habet ad intellectum sicut obiectum, licet non principale, vt in quo sistat intellectus, sed sicut aliquid cognitū ducens vltterius in cognitionē alterius principaliter intellecti, sed verbum est huiusmodi, propter hoc enim formatur in nobis verbum, vt in ipso tanquam in forma speculari vel imagine expressē rem representante intellectus intueatur rem cuius est verbum, ergo verbum est obiectum intellectus in actu recto, nō est ergo actus intelligendi, sed forma per actum intelligentis producta in qua res principaliter intellecta expressē representatur & per quā cognoscitur. Necessitas autē ponendi talem formam quæ dicitur verbum secundum istos est, vt res intelligatur perfecte & expressē modo diffinitiuo vel enunciatiuo, propter intelligere enim consulum & simplex antequam formetur de re diffinitio vel enunciatio non oportet ponere verbum, quia ad hoc sufficit representatio per speciem intelligibilem vel in phantasmate cum actione intellectus agentis. Sed propter intelligere & expressum & perfectum requiritur verbum, quia ad cauandum tale

Henrich
quod. 6. q.
1. Vide Caiet.
1. q. 27. ar. 1.

intelligere intellectus agens cum specie non sufficit sine cooperatione verbi, ita quod verbum non solum est obiecti principalis representationis, sed est causa vel concausa intellectus. Et onis expresse, sicut species intelligibilis, ponitur a quibusdam causa vel concausa intellectus primae cognitionis.

11. Hec est opinio que in summa ponit tria. Primum est quod verbum est quaedam forma que non est aliquis actus intelligendi, sed est producta per actum intelligentis qui est dicere. Secundum est quod verbum est obiectum intellectus, licet non principale, sed sicut forma specularis vel imago principalis obiecti representationis. Tertium est quod verbum est finaliter propter cognitionem perfectam & expressam habendam, cuius tamen verbum est causa vel concausa effectus. Et hec bene se compatiuntur, quia cause sunt sibi invicem cause finis efficientis & e converso, ut patet ex 2. Physicorum.

12. Primum istorum non puto esse verum, scilicet quod per quemcumque actum intelligentis siue ille actus sit intelligere siue dicere siue aliter qualitercumque nominetur producat aliquid forma in intellectu que non sit actus intelligendi, quod patet primo ex natura operationis manentis intra se, per operationem intrinsecam nihil constituitur vel producit, sed intelligere vel dicere intelligibile sunt operationes intrinsecas, ergo per eas nihil constituitur vel producit. Maior patet ex 8. meta. ubi Philosophus ponit hanc differentiam inter operationes intrinsecas, & illas que transeunt extra: quia per transeuntes extra semper aliquid constituitur sed per intrinsecas nihil. minor de se patet: quare &c.

13. Ad hoc quidam dicunt ad maiorem quod aliquid produci per alterum dupliciter potest intelligi. Vno modo sicut per actionem que est productio ipsius sicut per calefactionem producit calidum vel calor in calefacto. Et isto modo non producit aliquid per operationem manentem, quia operatio manens non est in producere, nam omne producere est operatio transiens. Alio modo potest dici aliquid produci per alterum sicut per hoc quod habet principium actuum quo producat producat, sicut calidum calefacit per hoc quod habet caliditate vel calor vel per calere ita quod calidum & per calefactionem & per calere calefacit, per calefactionem sicut per illud quod dicit formaliter ipsam productionem eius, sed per calere sicut per illud quod importat agere habere calorem qui est principium per quod agit. Et illo modo omne quod fit, fit per operationem manentem, quia omne agens agit per aliquod principium formale per quod agens habet esse tale formaliter quod pertinet ad operationem manentem pertinentem ad principium formale. Et ulterius per idem principium habet producere aliquid quod pertinet ad operationem transiensem. Ad probationem quando dicitur quod sicut operatio transiens se habet ad producere, &c. Dicendum quod verum est accipiendo hoc verbum formaliter, ut sit sensus quod sicut omnis operatio transiens est formaliter producere, ita nulla operatio manens, dicit ipsam producere formaliter, licet dicat habere principium per quod producat producat, sic etiam dicunt in proposito, quod licet intelligere non dicat formaliter dicere vel producere verbum, tamen dicit habere actum per quem mens movet se ad verbum producendum, siue verbum sit actus intelligendi siue aliquid aliud, quod quidem producere est dicere. Quod autem per intelligere conveniat alicui agere, & similiter per velle sicut per illud per quod agens agit, siue sicut per illud quod importat habere principium per quod agens agit, faciliter patet. Nam dicimus aliquas causas agere per intellectum & voluntatem. Tunc ergo quare aut intellectus accipitur pro potentia vel pro habitu, vel pro actu. Si accipitur pro potentia vel pro habitu. Contra, quia tunc non intelligit agere ita per intellectum & voluntatem sicut intelligit & vult, quia in non intelligere potest esse potentia & habitus. Et similiter posset agere per intellectum & voluntatem dormiens sicut & vigilans quod est manifeste falsum. Relinquitur ergo quod per actum intelligendi & volendi, agens per intellectum & voluntatem agit, & sic per operationem manentem competit alicui agere non sicut per illud quod dicit formaliter ipsam actionem sed sicut per principium actuum siue per habere principium agendi.

14. Hec autem responsio non videtur valere propter multa. Primum est, quia expresse contradicit Aristoteles 8. meta. ubi dicit sic, ultimum visus est visio, & preter hanc nullam sit alteram a

visu opus, in quo assignat differentiam inter potentiam visivam & edificationem cuius opus est edificatio & preter edificationem dominus. Et concludit quod quorum non est aliquid opus preter actionem in ipsis existit actio ut visio in videre & speculatio in speculante, ecce quod expresse dicit quod a speculatione & a visione nihil alterum sit quocumque modo, quia negat fieri in visu vel intellectu quod dicitur aliud opus preter speculationem & visionem quas ibi vocat actiones quas visus improprie. Secundum deficit ista responsio in hoc quod dicit quod per operationem intrinsecam nihil producat tanquam per actionem que sit productio, tamen quicquid producat, producat per operationem intrinsecam tanquam per principium quo producat producat, quia omne agens agit per formam que datur ei ita est formaliter quod pertinet ad operationem intrinsecam, quia omne esse quod datur formam subiecto potest dici operatio immanens, ut calere & albere. Istud enim non videtur bene dictum, quia quantum omne quod producat producat per aliquam formam agentis, tamen vocat omne formam agentis, vel tale esse datur quod suo forma subiecto operationem immanentem non est congruum nec rationi consonum, nec secundum mentem Philosophi, nec communiter loquentium. Non enim confueverunt vocari operationes immanentes nisi actus anime qui secundum rationem tendunt in sua obiecta sicut operationes transeuntes tendunt secundum rem in sua passiva causando in eis realem effectum. Quod autem a talibus operationibus anime que sola confueverunt dici operationes immanentes producat quicquid producat est manifeste falsum. Quod etiam aliquid per eas producat, tanquam per principia quibus agentia agunt est assumere quod queritur, & illud cuius oppositum manifeste dicit Philosophus in autoritate prius allegata.

15. Ratio autem per quam probatur quod per intelligere aut velle aliquid producat in nullo tangit propositum propter tria. Primum est, quia nos querimus verum per intelligere & velle si fiat in forma in intellectu & voluntate. Illa autem ratio non probat quod aliqua talis fiat, sed solum quod intelligere & velle sunt principia aliquorum actuum exteriorum qui subiacent imperio intellectus & voluntatis. Secundum est quod respectu actuum exteriorum intelligere & velle non habent rationem principii dantis formam, sed solum per modum applicatis actibus passivis, unde opera artis que dicuntur fieri per intellectum & voluntatem non fiunt nisi mediis organibus corporis que obediunt intellectui & voluntati ad nutum, sed intelligere & velle nullam aliam formam imprimunt. Nos autem querimus verum intellectus sit principium productionis alicuius forme. Tertium est, quia actio intellectus & voluntatis prout distinguitur contra actionem nature est actio libera circa obiectum preconceptum & nolitum. Sed productio verbi, si verbum sit forma exemplaris obiecti non est libera nec circa obiectum preconceptum & volitum, ergo non est actio intellectus eo modo quo isti dicunt. Maior patet, minor probatur, quia si verbum esset preconceptum ab intellectu priusquam productum. Cum in verbo cognito cognoscat res clare, sequeretur quod ante formationem verbi cognosceretur res cuius est verbum clare & manifeste, & sic postea frustra formaretur verbum, non est ergo verum quod verbum sit preconceptum ante suam formationem, & per consequens formatio eius non esset libera, quia nihil formatur libere nisi preconceptum, patet ergo quod ratio illa in nullo tangit propositum nostrum, nec ratio aliquid valet.

16. Secundum principaliter arguitur contra illam opinionem sic, quia istius conceptus expressi quem tu ponis aut sola species intelligibilis est causa, aut species cum actu confuso, non sola species intelligibilis, quia tunc effectus esset nobilior sua causa, nec species simul cum actu confuso, quia tunc essent simul duo actus intelligendi, quia simul esset actus intelligendi confusus cum specie tali expressa, quia simul est causa cum effectum, sed cum tali specie expressa est actus intelligendi expressus: ergo a primo ad ultimum cum actu intelligendi expresso erit actus intelligendi confusus, & sic erunt duo actus intelligendi simul & oppositi secundum rationem confusi & expressi.

17. Ad hoc responderetur instando quod ista difficultas equaliter currit contra ponentes verbum esse actum intelligendi expressum, sicut contra ponentes verbum esse formam productam per actum intelligendi confusum, quia omnes concedunt

dunt quod ad actū intelligēdi expressum attingitur mediante actū intelligēdi cōfuso: & per cōsequens actus intelligēdi cōfusus est causa eius qualitercumq;. Ex quo sequitur hic sicut ibi, q̄ simul erunt sicut causa & effectus: dicunt ergo soluendo ad hanc difficultatē q̄ intelligere cōfusum dicitur causare vel verbū vel intelligētiōē expressam in quantum obiectum mediante tali actū causat amorē talis intelligētiōis expressa. Et amor talis est causa motiōis phantasmatis, qua quidē motiōe facta quae non sit in imitanti mouetur vterius intellectus ad verbū vel expressam notitiā, quando ergo dicitur q̄ intelligere cōfusum itat cū verbo, sive cum notitiā expressa cum sit causa eius. Dicendū quod nō oportet de eo quod est causa alterius mediante aliquo alio modo. Nunc autē ita est q̄ notitiā cōfusa est causa verbi sive notitiā expressa mediante motiōe successiue facta in phantasmate.

18 Infantia autē illa nō valet, quia nō semper peruenitur ad cognitiōē expressam mediante cōfusa, quia habens habitū scientiāe proposita cōfusione cuius habitum habet itatim intelligit eam expressam & clarē nullo actū cōfuso p̄cedente, dato etiam q̄ actus cōfusus semper p̄cederet, non propter hoc sequitur q̄ sit causa eius efficiens, quia multae sunt dispositiones subiecti quarū vna necessario supponit aliam, & tamen prima non est causa efficiētia secundae, sicut in generatione animalis semē est primo molle, postea durum, vt dicitur. 2. Phisic. & tamen mollicies nō est causa efficiētia duricie & eodē modo est de actu intelligēdi cōfuso & expresso in acquirendo scientiā, & in omni eo quod procedit de imperfecto ad perfectum, quia dispositiones imperfectiores p̄cedunt perfectiores quas nō efficiunt. Per idem patet q̄ responsio per quā credunt se tollere difficultatē non valet, quia causa per se mediata vel immediata nō potest habere incompossibilitatem cum effectu, sed actus intelligēdi cōfusus habet incompossibilitatem cum verbo & cum actu intelligēdi expresso, ergo impossibile est q̄ sit causa per se verbi vel actus intelligēdi expressi, quauis possit esse dispositio p̄uētia ad aliquod illorum, sed non manens cum eo sicut dictum est de molli & duro in semine.

19 Tertia ratio principalis talis est, sicut se habet intellectus ad intelligere, ita sensus ad sentire, sed per sentire nulla forma constituitur in sensu tanquā per productiōnem, nec tanquā per principiū productiōis, ergo nec per intelligere in intellectu. Et confirmatur, quia vtraque est operatio immanens, quauis vna sit perfectior altera, sed magis & minus perfectū nō facit quod vna sit productiua & nō alia, imō si vna esset alia, quauis productū esset per vnā productiua & perfectius quā productū per alia.

20 Quarto patet idē sic, verbum secundū omnes nō est sine actuali cognitiōe expressa. Ex hoc sic arguitur. Omnis intellectus indigens noua forma ad hoc vt exeat in actum intelligēdi est in potentia essentiali ad intelligere sed si verbū est forma producta differens ab actu intelligēdi & necessaria ad actū intelligēdi expressum vt isti dicunt, tunc omnis intellectus dum nō intelligit in actu quantumcumq; sit perfectus habitibus scientiarū, indigebit noua forma ad hoc vt actu intelligat illa quorum habet habitum, quia indigebit nouo verbo, ergo omnis intellectus quantumcumq; perfectus habitibus scientiarum dum non intelligit actu est in potentia non solum in accidentalī, sed essentiali ad intelligere, quod est manifeste falsum & contra Philosophum in pluribus locis, ergo impossibile est quod verbum sit aliqua forma differens realiter ab actu intelligēdi.

21 Secundum quod ponit hęc opinio est quod verbum est obiectū intellectus non quidē principale, sed sicut forma specularis vel imago representatiua principalis obiecti. Et istud non videtur verū. Primō, quia obiectū quod est cognitū & ratio cognoscēdi alterum nō potest latere cognoscētem quin possit certitudinaliter discernere se cognoscere duo, quorū vnū est ratio cognoscēdi alterum: sed nullus cognoscens aliquam rem expressa cognitiōe diffinitiuā vel enunciatiuā potest certitudinaliter discernere se cognoscere talia duo quorū vnū sit forma exemplaris sive imago representatiua alterius (vt isti dicunt de verbo) ergo verbū non est talis forma obiectiue cognita, maior de se patet, quia quilibet cognoscens plu-

ra & vt plura, sicut fit quando vnū accipitur vt imago vel forma exemplaris alterius, potest discernere inter ea, minor patet per id quod quilibet experitur à se ipso. Quis enim cognoscit diffinitiuē hominem, vel demonstratiuē ipsum esse corruptibilem non discernit se cognoscere hęc in aliqua imagine sive forma speculari, quauis in cognitiōe demonstratiua percipiat homo se cognoscere cōclusionem per principia quae non sunt talis formae specularis qualis ponitur esse verbum, & dicere quod imō percipinus talem formam representantem principale obiectum est fingere illud quod nullus experitur: quare & c.

22 Secundō sic: est ad idē, illud quod cognoscitur intuitiue clarius cognoscitur quā illud quod cognoscitur abstractiue: quia sicut patuit in principio huius libri cognitiō intuitiua est clarior & manifestior q̄ abstractiua: sed verbū si sit talis forma qualis ab istis ponitur cognoscitur intuitiue, res autē cuius est verbum, cognoscitur solum abstractiue: ergo verbū clarius cognoscitur quā res cuius est verbum, quod est manifeste falsum, maior iam patet: sed minor probatur, quia verbū si sit forma intellectu producta & obiectiue cognita (vt ab istis ponitur) obiectur immediatē intellectus secundū suam presentiam actualē, & sic in eam fertur intellectus, & in hoc consistit ratio cognitiōis intuitiue, vt prius patuit, quare & c.

23 Tertiō sic: intellectus, nec se, nec habitus suos, nec actus intelligit actu recto: sed verbū est aliquis actus intellectus, ergo nō est verum quod sit primum cognitum obiectiue & actu recto. Et cōfirmatur: quia qui intuitiue videt picturam tabulae, videt & tabulam. Sed si verum sit talis forma in intellectu qualis ab istis ponitur. Tunc verbum se habet ad intellectum, sicut quaedam pictura vel imago ad tabulam: ergo si intellectus videt intuitiue verbum suum (sicut necesse est) & si sit primō obiectiue cognitum, necesse est vel saltem possibile quod eodem actu videat se ipsum, & sic intellectus poterit se ipsum cognoscere actu recto, quod est falsum.

24 Quarto: quia in voluntate nō est aliqua forma quae sit primō obiectiue dilecta & ratio diligēdi alteri: ergo in intellectu nō est aliqua forma quae sit primō obiectiue cognita, & ratio cognoscēdi alterum. Ad hoc dantur aliquae responsiones quas omitto, quia frivolae sunt, & de se nulla apparent cuiuslibet intelligenti.

25 Tertiū quod hęc opinio ponit, est q̄ verbū est finaliter propter habendā perfectā & expressam cognitiōē de re, quia propter cōfusam nō oportet ponere verbū, vt dicunt. Et illud nō videtur verū. Primō: quia verbū vocis supponit verbū mentis, vt dictū fuit ab initio, sed rei quā tunccumq; cōfuse intellectū cōpetit verbū vocis ipsam exterius manifestantis: ergo eidē cōpetit verbū mentis quo manifestatur interius: sed illud nō est cognitio expressa, nec aliquid quod necessario coexigat cognitiōē expressam, vt probatur. Non ergo propter solam cognitiōem expressam oportet ponere verbum, probatio assumpta: quia nos imponimus nomina rebus secundum q̄ eas intelligimus: ergo intellectus cōfusus rei sufficit ad imponendū nomē quod cōfuse representat res, vnde dicere q̄ ad imponēdū rei quodcumq; nomē ipsam significās, oportet de re habere expressum conceptum est clarē falsum.

26 Item cognitio enunciativa expressa propter quam habendā dicitur formari verbū, aut est omnis cognitio clara vera, aut illa solū quā p̄cedit cognitio cōfusa, primū nō potest dici: quia aliqua enunciationes itatī apparēt clare verē cognitīs terminis, vt de quolibet esse vel nō esse. Et omne totū est maius sua parte. Et idē est de istis calor calefacit, & albi disgregat: apud illos qui hoc experti sūt nec oportet ad clarā cognitiōē talis habere aliud representatiuū quā cognitiōē terminorū: & per cōsequens nō oportet propter eas formari tale verbū quale illi ponunt.

27 Si verō dicatur quod verbū requiritur solū propter clarā cognitiōem quam p̄cedit cōfusa cognitio. Contra, quia secundū istos ad cognitiōē expressam nō peruenimus ex cōfusa nisi quia obiectū mediante cognitiōe cōfusa causat amorē cognitiōis expressae qui amor mouet phantasiā, qua motiōe facta sequitur cognitio expressa. Et hoc sic arguitur: ex noua motiōe phantasiē nō sequitur cognitio expressa, nisi quia de nouo apparer ali- quod phantasma representās aliquid intellectui, per quod

appz

apparet evidens & expressa veritas enunciationis que non apparebat prius: & sicut hæc necessario requiritur, ita & sufficit sine quocumque alio, sed illud representatiuum per phantasma est causa vel effectus, simile vel oppositum, antecedens vel consequens. Ex omnibus enim his apparet evidens & expressa veritas que prius non apparebat, aut confuse apparebat: ergo propter hoc non oportet fingere quãdam formam productam vel intellectam, sicut illi dicunt de verbo, & mirum est de hac fictione, quia cum hæc materia sit merè physica, nullus physicorum unquam posuit in intellectu nostro aliquam talem formam ad habendam quamcumque cognitionem quantumcumque expressam.

26 PROPTER hoc dicendum est aliter quod verbum in nobis est ipsemet actus intelligendi, quod potest concludi ex prædictis sic. Verbum est aliquid ad intellectum pertinens & in intellectu existens: sed non est species nec habitus nec forma per actum intellectus producta ut probatum est. Re linquitur ergo per locum à sufficienti diuisione quod sit actus intelligendi, & hoc videtur rationabile. Cum enim nihil habeat rationem verbi, nisi prout induit rationem manifestatiui, nec sit processus in infinitum: oportet quod primum verbum non sit manifestatiuum, ut signum sicut verbum vocis: nec sit species vel imago ut alii ponunt, sed per essentiam, ita sicut licet quod ipsa manifestatio rei apud intellectum est verbum: manifestatio autem rei est eius cognitio, nec enim est manifestata nisi quia cognita, ideo &c. Ad illud sunt plures auctores Aug. qui dicit, 9. de trin. cap. 7. conceptam veram rerum notitiam tanquam verbum apud nos habemus. Item, 10. ca. dicit sic: Recte queritur utrum omnis notitia verbum sit, an tantum amata notitia. Et circa medium illius capituli subiungit. Veruntamen illa que odimus recte displicent recteque improbantur. Et comprobatur eorum improbatio, & placet & verbum est. Item in eodem li. 2. ca. dicit verbum est: ergo quod nunc discernere & insinuare volumus est cum amore notitia. Item, 11. ca. dicit sic notitia placita dignèque amata verbum est. Et postea in eodem cap. dicit cum se mens ipsa nouit atque approbat si est: est eadem notitia verbum eius. Et in fine, 22. cap. dicit sic: est quedam imago trinitatis ipsa mens & notitia eius quod est proles eius ac de se ipsa verbum eius & amor tertius.

*vide Caic. 1.
9. 34. ar. 1.*

27 Et confirmatur: quia omne quod dicitur tale denominatione extrinseca ut signum, vel causa reducitur ad aliquid quod est tale per essentiam: sicut sanum dictum de vrina ut signum, & de medicina, ut de causa, reducitur ad sanum dictum de animali, quod sanum est per essentiam, ita quod sanitas animalis est sanitas per essentiam & non signum vel causa sanitatis. Similiter in proposito manifestatiui dictum de verbo vocis, ut signo, & de specie vel imagine, ut causa vel qualitercumque aliter reducitur ad manifestatiuum per essentiam quod est ipsa cognitio rei: quæ ob hoc habet rationem primi verbi. Est tamen hic notandum quod licet omnis actus intelligendi tam confusus quam expressus, tam directus quam reflexus possit dici verbum, tamen expressus magis quam confusus, quia magis est rei manifestatiuus: vnde Aug. 15. de tri. dicit quod formata cognitio est verbum, vocans formatam cognitionem non formam aliquam per actum intelligendi vel cogitandi productam, sicut quidam extortit exponunt, sed ipsum actum cognoscendi expressum. Et rursus actus reflexus dicitur magis verbum quam rectus, quia intellectus per actum reflexum magis loquitur sibi ipsi de re quam per rectum actum. Per actum enim rectum solum intelligit rem (quod est quoddam loqui mentale.) Sed per actum reflexum loquens manifestius sibi ipsi dicit se intelligere, &c. Sic ergo patet quid sit verbum in nobis, quia ipsemet actus intelligendi confusus vel expressus rectus vel reflexus, quauis secundum magis & minus: quia ut prius dictum fuit actus intelligendi non habet rationem verbi, nisi prout induit rationem manifestatiui. Et quia hæc ratio magis & perfectius conuenit vni actui intelligendi quam alteri, ideo & ratio verbi, propter quod quantumuis vnus actus intelligendi non sit magis intelligere quam alius, quia genus vel species non prædicantur secundum magis & minus de suis inferioribus, tamen est magis verbum: quia magis manifestat rem, sicut vna albedo quamuis non sit magis albedo quam alia, tamen magis disgregat.

28 Ad rationem aliorum respondendum est. Cum enim accipiuntur quod duo sunt de ratione verbi mentalis, videlicet quod sit representatiuum rei principaliter intellectæ, & quod sit per actum dicendi productum: dicendum est de prima conditione

quod cum verbum sit id quod loquimur de ratione verbi non est representare rem nisi per modum competentis locutioni. Et quia loquimur alteri verbo vocis inquantum vox significat rem aliquam quæ alteri manifestare volumus: ideo representare rem per modum signi competit verbo vocis, loquimur autem nobis verbo mentis, quod nihil aliud est quam cogitare vel cognoscere rem aliquam: quia sic est nobis manifestata: ideo verbo mentis competit representare rem eodem modo quo cognitio est representatiua rei cognitæ: representare autem per modum imaginis, vel per modum forme exemplaris obiectiue se habentis non conuenit verbo vocis nec verbo mentis, quantumvis cogitatio vocetur quandoque imago rei cogitata: sed non habet se obiectiue ad intellectum actu recto.

29 Quantum ad secundam conditionem quam ponunt, scilicet quod verbum est productum per actum dicendi qui est actus intelligentis secundum quod intelligens: dicendum quod verbum vobis est productum per actum vocalem dicentis, & dicere vocale est producere vel formare verbum vocis. Sed verbum mentis non est productum per actum dicendi, nec dicere est producere verbum mentale, imò dicere est habere verbum, quia cum verbum mentale non sit aliud quam notitia rei apud intellectum per quem homo cogitans sibi ipsi loquitur, dicere vel loqui non est aliud quam habere in se notitiam rei que est verbum eius propter quod illæ duæ conditiones verbi quas alii assument, & ex quibus volunt probare suum intentum non sunt veræ de verbo mentali.

30 AD RATIONES principales respondendum est ad primam per interemptionem minoris, quia nec in sensu exteriori neque in potentia sensitua interiori est aliqua forma que sit primo obiectiue cognita, & in qua vel per quam res alia cognoscatur, quia vel nulla potentia sensitua est reflexiua super actum suum vel super se vel super aliquid quod sit in ipsa, vel si est reflexiua tamen actu recto nulla potentia sensitua, imò nec intellectiua potest redere in talia, ut prius probatum fuit. Et quod dicitur in libro de memoria & reminiscencia non est contra hoc, quia impressiones sensibilibus que manent in nobis abeuntibus sensibilibus & nobis sentientibus non manent in organis sensuum, quia semper sentientur vel nunquam, sed manent in spiritibus aliarum partium, & quando mouentur quæ ex causa hoc fiat & obiciuntur organo phantasiae siue in somno siue in vigilia, sunt illæ apparitiones de quibus Philos. loquitur ibi, & in libro de somno & vigilia, ubi expressè ponit hoc quod dictum est: vnde tales imagines non sunt in sensu subiectiue sicut isti assument.

31 Ad secundam dicendum quod illud de quo principaliter dubitatur quandoque, & cui quandoque assentitur & quandoque dissentitur non est aliud quam conuenientia vel disconuenientia rerum importatarum per subiectum & prædicatum de quibus dubitatur utrum insint sibi an non insint, sicut cum dubitatur an stellæ sint pares an impares, dubitatur solum an paritas conueniat stellis ut passio vel qualiscumque proprietates suo subiecto. Secundario autem potest dubitari de veritate intellectus qui huic assentiret, & de veritate propositionis que hoc significaret. Fingere autem quod in nobis sit quedam forma de qua dubitamus est irrationabilis fictio. verum est quod intellectus siue dubitans, siue assentiens siue dissentiens habet notitiam quid significetur per terminos, ut quid sit stella & quid sit paritas, sed hæc notitia in dubitante non est actus distinctus ab actu dubitandi, nec in assentiente ab actu assentiendi, nec in dissentiente ab actu dissentendi, & ita non sunt duo actus intelligendi simul: sed in quolibet istorum actuum manet notitia terminorum indistincta, quia impossibile est compositionem vel diuisionem intelligere sine terminis compositionis & diuisionis, nec de ea dubitare, nec obstar quod actus componens distinctus est à diuidente, & utroque ab actu dubitandi, & sunt dissimiles & impossibiles, quia notitia terminorum in quolibet istorum inclusa non est vna numero, nec similes formaliter, quia quantumuis sit de eisdem obiectis materialiter, tamen formaliter est de diuersis & impossibilibus, scilicet de compositione quantum ad assentientem, & de diuisione quantum ad dissentientem, & de utroque simul quantum ad dubitantem qui neutri parti assentit vel dissentit, sed de utroque dubitat. Item conceptus de quo

de quo contingit dubitare non ita cum certa & expressa notitia, sed verbum secundum istos semper est cum expressa & certa notitia: ergo talis conceptus non est verbum.

32 Per idem patet ad tertium, quia sciens quod causa prima est, & errans & credens non esse causam primam, quantum de eisdem rebus forment conceptus suos, scilicet de causa prima & eius entitate, tamen conceptus non sunt similes, sed valde dissimiles & oppositi, quia unus est actus intelligendi componens, & alius diuidens, nec per eos est ibi alius conceptus existens in anima subiunctivus.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum verbum in diuinis dicatur essentialiter an personaliter.

Tho. 1. q. 74. ar. 1.

Secundo queritur vtrum verbum in diuinis dicatur essentialiter an personaliter. Et arguitur quod personaliter, quia relatiua in diuinis dicitur personaliter, sed nomen verbi est relatiuum, ergo dicitur personaliter. maior patet, quia relatiuum distinguitur a correlatiuo. Omnis autem distinctio in diuinis pertinet ad personalia, quia essentia & essentialia non distinguuntur. minor probatur per Aug. 7. de trin. ca. 13. vbi dicitur relatiue dicitur filius, & relatiue dicitur verbum & imago.

1 Item 11. 6. ca. 5. dicit sic: verbum solus filius accipitur, non simul pater & filius. Et in fine eiusdem cap. dicit sic, quod verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo verbum, sed solus filius. Sed illud quod conuenit vni soli personæ & non omnibus est personale & non essentialiter, ergo &c.

3 Ad id est quod dicit. 3. de tri. ca. 1. vbi loquens de patre dicit sic. Non enim est ipse verbum sicut nec filius nec imago, & ca. 2. dicit quod sicut filius ad patrem refertur & non ad seipsum, ita verbum ad eum, cuius est verbum refertur, verbum eo quippe filius quo verbum, & eo verbum quo filius, & multa consimilia inueniuntur dicta ab Aug. ex quibus videtur quod verbum dicatur personaliter & non essentialiter.

2 IN CONTRARIUM arguitur, quia sicut in diuinis est verbum sic & amor & sibi inuicem correspondent, sed amor dicitur essentialiter & non personaliter, ergo & verbum.

3 RESPONSIO. Circa questionem istam videnda sunt duo. Primum est quid sit verbum in diuinis, & ex hoc apparet secundum quod principaliter queritur, videlicet vtrum dicatur personaliter an essentialiter. Quantum ad primum sciendum quod in diuinis verbum est ipsemet actus intelligendi quo deo manifesta sunt omnia, quod pater primo autoritate Ansel. in monolog. vbi dicit quod dicere summo spiritui nihil aliud est quam cogitando intueri, intueri autem in deo dicit suum actum intelligendi. Istud autem necessarium est dicere quantum ad illos qui ponunt verbum in nobis esse actum intelligendi, quia illa quæ reperitur in deo, & in creaturis se habet proportionabiliter hinc & inde exclusis imperfectionibus a deo. sed verbum in mente reperitur communiter in deo & creaturis, ergo cum in creaturis sit impletus actus intelligendi, relinquitur quod idem sit in deo, precipue quia actus intelligendi dicit summam & vltimam perfectionem in omni natura intellectuali. Itē verbum est aliquod pertinens ad intellectum, vt intelligens est intellectio quacumque, vcl saltē intellectio expressa & perfecta, sed in diuinis non est intellectio nisi expressa & perfecta, cuius sufficientissima ratio est essentia diuina ita quod in cognitione diuina non sunt nisi hæc tria quæ sunt vni re, licet differant ratione, scilicet intellectus diuinus: & essentia eius quæ est primum obiectum eius sufficientissimè representationis sui & omnium aliorum, & ipsum intelligere perfectissimum. Quicquid autem aliud ponitur non pertinet ad intellectum vt est intelligens, quia dato quod nulla emanatio esset in diuinis adhuc Deus ita perfecte intelligeret se tunc sicut nunc, propter quod oportet quod verbum sit alterum tertium prædictorum. Constat autem quod non est intellectus nec obiectum vt sub hac ratione, ergo est ipse actus intelligendi &c. Quod etiam potest haberi ex dictis aliorum, dicunt enim quod emanatio verbi (quod ponunt quiddam productum) non est propter aliquam necessitatem intelligendi, sed solum propter naturalem quandam consequentiam, ex quo possumus arguere contra ea dupliciter.

4 Primum sic, hæc naturalis consequentia verbi producti,

aut est in omni intellectu perfecta & expressa, aut solum in diuina. Non in omni intellectu perfecta & expressa, quia si prima cognitio quæ habet intellectus nos ter de re sibi representata per speciem vel in phantasmate esset adeo perfecta quod nec perfectior nec alii habere posset proculdubio in nostro intellectu nihil ultra produceretur, & si fieret, frustra fieret: propter hoc enim attribuitur intellectui formare verbum secundum istos vt habeat aliquam cognitionem vel considerationem quæ a principio non habuit. Si verò hæc naturalis consequentia sit solum in cognitione diuina quæ a principio fuit perfectissima nec alia habere potest, mirum est vnde hoc habetur cum in nobis videamus oppositum vt dicta est. Concluditur enim hic idem ex oppositis & opposita ex eodem, id est ex oppositis, quia concluditur formatio verbi in nobis ex imperfectioe nostre primæ cognitionis, & idem concluditur in deo ex perfectione cognitionis. Similiter concluduntur opposita ex eodem quia si non possumus habere aliquam cognitionem de re nisi illam quæ habemus a principio non formaremus verbum. Deus autem qui talem habet formatum verbum, ergo oppositum concluduntur ex eodem, scilicet formare verbum & non formare verbum. Tales autem conclusiones sunt manifeste inconuenientes, ergo &c.

5 Secundo quia si verbum est in diuinis propter naturalem consequentiam emanationis & non propter aliquam necessitatem intelligendi, quia sine eo esset imperfecta intellectio & nunc etiam perintellegitur emanationi verbi, sequitur quod tale emanans non dicitur verbum, quia illud quo excludo, Deus æque perfecte diceret se & alia non esset verbum, quia dicere non est sine verbo sed excludo omni emanate realiter adhuc diceret se & alia æque perfecte, ergo nihil emanans realiter est verbum. minor patet ex dicto aliorum quia quod æque perfecte intelligit se & alia æque perfecte dicit se & alia, sed Deus æque perfecte intelligeret se & alia si nihil esset realiter productum in diuinis sicut nunc intelligit & nunc etiam non perfectius intelligit pater, quia producit aliud ex se etiam secundum istos, quia illud productum non est, vt dicunt, propter aliquam necessitatem intelligendi, quasi pater sine illo productum non intelligeret, aut non ita perfecte, sed tantum propter naturalem consequentiam, vnde & perfecta cognitio præintelligitur huic emanationi, quare &c. Patet ergo primum principale, scilicet, quid sit verbum mentale tam in nobis quam in deo, quia est ipsemet actus intelligendi.

6 EX HOC autem iam patet secundum, scilicet vtrum verbum dicatur personaliter an essentialiter in diuinis. Dico enim quod verbum de vi nominis & proprie dicitur aliud quod essentialiter & non personale. Ex appropriatione tamē trahitur ad personale sicut sapientia. Primum patet, quia illud quod non importat aliquam realem emanationem, nec actiue nec passiuè, sed tantum secundum rationem non est aliquid personale, sed verbum in diuinis est huiusmodi, ergo &c. maior patet, quia persona & omnia alia personalia pertinent ad emanationes. minor similiter patet, quia verbum vt visum est prius est actus intelligendi: emanatio autem actus intelligendi ab intelligente, & verbum a dicente quod idem est non est realis emanatio in diuinis, sed tantum secundum rationem. Intelligere enim non est producere intellectioem tanquam rem distinctam, sed est habere intellectioem, & dicere non est producere verbum realiter distinctum, sed est habere in se verbum, & hæc in deo nullam realem distinctionem habent, quare patet quod verbum de vi vocis & proprie non dicitur aliud personale, sed potius essentialiter sicut & amor.

7 Item dicere non est actus personalis: ergo verbum non est aliquid personale: consequentia patet, quia verbum & dicere correspondet sibi vel tanquam idē, vel sicut actio & productum per actionem. probatio antecedentis, quia nullus actus personalis conuenit tribus personis, aut cadit super creaturam vel reflectitur super personam a qua est vel cuius est vt agentis, sed dicere conuenit omnibus personis, cadit etiam super creaturam, sicut super personam diuinam, reflectitur etiam super personam dicentem. Qualibet enim persona dicit se & aliam creaturam: ergo &c. maior patet, quia omnis actus personalis est actus quo producitur persona & non creatura. Et quia nulla persona a seipsa producitur: ideo actus personalis non potest conuenire personæ quæ nihil

nihil producit, nec potest cadere super creaturam que per eam non producitur, nec super personam a qua est, quia illa seipsam non producit, minor similiter pater, quia cuiuslibet personae competit dicere mentale respectu sui & creaturae. Quilibet enim dicit se & creaturam, ut dictum est, sequitur ergo conclusio.

9 Sed adhaec dicunt quidam quod dicere dupliciter sumitur. Vno modo prout dicere est idem quod verbum producere & sic est actus notionalis, nec competit cuiuslibet personae, sed tantum patri, nec illi competit sic dicere respectu sui vel creaturae, sed solum respectu filii qui est verbum. Hoc enim modo pater dicit verbum, id est, producit filium, non autem dicit se vel creaturam: & huic dicere respondet verbum tanquam terminus productus & uterque dicitur personaliter. Alio modo dicere sumitur pro eo quod est manifestare per verbum vel in verbo, & sic dicere est actus essentialis & conuenit cuiuslibet personae respectu sui & aliorum: quilibet persona enim manifestat se & alia in verbo: & huic dicere non respondet verbum tanquam idem vel tanquam terminus per ipsum productus, sed est forma (ut sic loquar) per primum dicere producta in qua reducitur & manifestantur omnia: ideo non valet argumentum.

10 Sed istud non videtur bene dictum. Primo: quia sicut nullus dicit vocaliter accipiendo dicere pro manifestare nisi per verbum suum vocale & non per verbum vocale ab alio prolatum: ita videtur quod nullus dicat mentaliter nisi per verbum suum mentale a se mentaliter prolatum & non per verbum mentale ab alio prolatum. Si ergo verbum in diuinis sit tantum personale, puta filius, sequitur quod in tali verbo vel per tale verbum non dicit vel non manifestabit se nisi pater. Cōstat autem quod quilibet persona dicit se & alia proprie accipiendo dicere pro manifestare: ergo dicit se & alia alio verbo quam sit verbum a solo patre productum. Illud autem non potest esse nisi verbum essentialiter sumptum quod est proprie actus intelligendi qui est verbum a quolibet persona dicente prolatum quae prolatio est non secundum rem sed secundum rationem. Secundum quia in verbo sumpto pro filio nihil manifestatur nisi ratione essentiali & non ratione proprietatis personalis: sed nihil habet rationem verbi proprie nisi ut habet rationem manifestatiui: ergo filius non habet rationem verbi nisi ratione essentiali vel alicuius essentialis & non secundum aliquid personale: patet ergo quod verbum de vi vocis & proprie est aliquid essentiali.

11 Secundum patet: sicut quod appropriatione trahitur ad personale sicut sapientia, nos enim deuenimus in cognitione diuinorum ex creaturis. Et ideo sicut videmus in trinitate creaturae, quae attenditur secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem, quod primum procedens est actualis notitia quae est verbum vltimum procedens est amor, sic primae personae procedenti in diuinis appropriamus nomen verbi, personae autem vltimo procedenti appropriamus nomen amoris, licet tamen verbum quae amor essentialiter dicantur. Nullus ergo debet imaginari quod filius procedat a patre per actum dicendi mentalis, & ideo fiat verbum proprie, & Spiritus sanctus a patre & filio per actum voluntatis, & ideo fiat amor proprie, quia circumscriptionis omnibus actibus intellectus & voluntatis adhuc essent in diuinis generatio filii & processio Spiritus sancti per actus competentes naturae propter suam fecunditatem, ut dictum fuit supra. di. 6. Sed talia nomina eis aptantur propter illa quae videtur in trinitate creaturae. Secundum hunc sensum accipiendum est quod dicit Augustinus quod in trinitate non dicitur verbum nisi filius, nec donum nisi Spiritus sanctus. Et tamen constat quod donum potest competere alteri quam Spiritus sancto, puta filio, quia filius datus est nobis, nihil autem datur quod non sit donum. Competit etiam patri: Cui de ipso scriptum sit Luc. 2. Iusturandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, &c. Sed propter causam prius dictam appropriatur soli Spiritui sancto, & verbum soli filio.

Solutio argumentorum ante oppositorum.

12 **Q**UAE appropriatio in tantum per consuetudinem inoleuit, ut haec quae in principio argumenti sunt adducta ad quaestionem inueniantur ab Augustino & quaedam similia ab aliis doctoribus, quauis de vi vocis verbum mentale tamen in nobis quae in deo sit ipsemet actus intelligendi, qui est aliquid essentiali. Nec mirum, quia apud homines omnes sola tertia persona in diuinis vocatur Spiritus sanctus, & hoc est ex consuetudine loquendi, quia de vi vocis pater est spiritus & filius est spiritus, & uterque est sanctus: unde vbi quae inuenitur

quod esse verbum est proprium filii, & esse donum est proprium Spiritus sancti, & tertiae personae est proprium esse Spiritus sancti, exponendum est proprium, id est appropriatum ex vniuersali consuetudine loquentium & scribentium, quam expositionem inuenit Augustinus ubi dicit quod pater est charitas, & filius charitas, & tamen Spiritus sanctus ipse charitas nuncupatur, quod non est intelligendum quod sic proprie competat Spiritui sancto quod non competat aliis, quia esset contradictio in dictis eius. Sed proprie competit, quia appropriat. Per hoc patet responsio ad obiectionem.

DISTINCTIO XXVIII.

Sententia huius distinctionis, & primo in generali.

Praeterea considerari oportet. Superius magister determinauit de proprietatibus personalibus. Hic vero determinat de proprietatibus vel notionibus personarum quae non sunt personales. Et diuiditur in duas. Nam primum determinat de proprietatibus quae importantur per hoc nomen ingenuus, scilicet de innascibilitate quae est proprietas personae, quauis non sit personalis. Secundum de communi inspiratione quae non est proprietas personae nec personalis. Secunda incipit ibi: In principio. 29. dist. Praeterea aliud nomen. Prima est principalis sectionis. Et diuiditur in tres. Primo ostendit qualiter dicatur pater ingenuus. Secundum quomodo conuenit genitum filio. Tertium subiungit quoddam incidens. Secunda ibi: Sciendum est igitur. Tertia ibi: Illud etiam sciri. Prima diuiditur in tres partes. Primo ostendit quod sancti vtebatur hoc vocabulo, siue nomine ingenuus. Secundum quomodo hoc nomen aliquid quando ab eis tacebatur. Tertium mouet dubitationem manifestam. Secunda ibi: Illud autem tacere non oportet. Tertia ibi: Praeterea queri solet. Prima iterum diuiditur in tres. Primo ostendit quomodo ingenuus in diuinis accipitur. Secundum mouet incidentem dubitationem. Tertium ostendit quae proprietates per hoc nomen ingenuus importatur. Secunda ibi: Solet queri. Tertia ibi: Si autem vis scire. Haec est diuisio & sententia in generali.

2 **I**N SPECIALI vero sic procedit Magister, & proponit primum quod hoc nomen ingenuus aliam dicit proprietatem quam hoc nomen pater, potest enim aliquis esse pater, & tamen non ex eo est ingenuus, quia multi geniti genuerunt, & potest esse ingenuus non tamen pater: proponit etiam quod ingenuus relatiue dicitur in diuinis. Ingenuus idem est quod non genitus, non genitus autem pertinet ad relationem sicut et genitus, quia negatio predicamentum non mutat. Et dicitur ingenuus relatiue ad non generantem sicut genitus ad generantem. Postea querit, verum Spiritus sanctus possit dici ingenuus, sed quibusdam videtur quod sic, quia significatio est eadem utrobique. Aliis videtur quod non, quia ingenuus priuat omne principium. Non autem sic priuat hoc quod est non genitum. Augustinus autem videtur pro eodem accepisse, non quia omnino sint idem, sed quia vnum est quasi interpretatio alterius. Deinde queritur quae proprietates importetur nomine ingenui, & dicit quod nomine ingenui innascibilitas importatur. Postea dicit quod hoc nomen ingenuus aliquando a sanctis taceatur, quia enim Arriani ex diuersitate quae est inter genitum & non genitum concludunt diuersitatem naturae. Ideo Ambr. non voluit uti hoc nomine ingenuus. Multa enim oportet aliquando subterfieri propter calumniam. Postea querit verum diuersum sit esse genitum, & non genitum. Et dicit quod si diuersitas referatur ad actum essentiali non sunt diuersa. Si vero ad proprietatem personalem diuersa sunt. Deinde dicit quod cum dicitur filius nata sapientia, relatio importatur, licet videatur ad essentiali pertinere. Et tamen sane est intelligendum quod cum dicitur nata sapientia, sapientia non dicit essentiali paternam, sed hypostasi habentem essentiali. Vltimum dicit quod licet dictum sit quod sapientia nata & natura imaginis relatiue dicitur, tamen essentialiter accipitur, ut quando accipitur pro ipso exemplari naturae diuinae, ad cuius imitationem & similitudinem factus est homo. Haec est sententia in speciali.

QUESTIO PRIMA.

Vtrum ingenuus vel innascibile sit notio patris.

Tho. 1. q. 33. ar. 4.

Circa distinctionem istam primum queritur de proprietate ingenui & innascibilitatis. Secundum de imagine. Circa primum queruntur duo. Primum est verum ingenuus